



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Quid est sacramentum

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Prologus

venit emere presentem librum et eum studere cum diligentia etc. ¶ Postquam
dictum est de quibusdam generalibus, que debitus ordo procedendi in libris
erigit, scilicet de declaratione thematici in principio libri de causis et titulo. Nunc
prosequenter propter maiorem evidentiam et declarationem infrascriptorum aliorum
qua sunt prioranda. Unde ex quo presens liber est de sacramentis, ergo aliorum
qua de sacramentis in generali videnda et promittenda sunt. Et primo quod sic
sacramentum. Secundo de divisione sacramenti. Tercio accedendum est specia-
liter ad ipsa sacramenta, et de unoquoque determinare per se. Quarto dis-
cendum est de ornamentis sacerdotum mystice exponendis. ¶ Quantum ergo
ad primum respondetur quod sacramentum per magistrum quarto sententiarum sic defi-
nit. Sacramentum est visibilis forma invisibilis gratie aie collata, quod in omnibus sa-
cramentis forma dicitur est visibilis, ut in sacramento baptismi forma
aque solummodo est visibilis, sed gratia illius sacramenti est invisibilis, videlicet
licet ablutio peccati. Simili modo dici potest de sacramento eucharistie. Nam
ibi solum videmus formam panis, sed gratia huius sacramenti invisibilis est
scilicet ipse dominus noster ihesus christus qui sua gratia reficit animam, purgat et letificat.
Ideo etiam sacramentum a solo deo glorioso institutum est, quod sacramentum est
signum rei sacre, scilicet signum ab homine positum est fallibile, sed sacramenta des-
tint esse firma et infallibilia, ergo sacramenta a solo domino sunt instituta.
Et dicitur sacramentum quasi sacrans mentem, vel sanctificans animam, vel qua-
si signum sacre rei, et sic manifeste patet definitio sacramenti. ¶ Quantum ad
secundum, scilicet de divisione sacramenti, respondetur quod septem sunt sacramenta,
videlicet ordo, matrimonium, baptismus, confirmatio, unctio, eucharistia,
et confessio, unde sunt tales versus. Ordinatur adiungit, baptizat, crismat, et
ungit. Peccatum plagit, et in altari sacra tangit. Et istis septem sacramentis
assimulantur septem virtutes, quarum tres sunt theologice, et quatuor politicae
sive formales. Tres virtutes theologice sunt fides, spes, et charitas. Unum
sacramento baptismi coaptatur fides, quia in baptismo excitatur fides christi.
Sed sacramento confirmationis coaptatur spes, quia ibi spes roboratur in
futuro. Sed sacramento eucharistie coaptatur charitas, quia eucharistia est
signum maxime charitatis et unionis inter deum gloriosum, ecclesiam, et
sanctam fidem catholicam. Sed quatuor virtutes politicae sive cardinales
sunt prudentia, temperantia, fortitudo, et iustitia. Iste quatuor virtutes
coaptantur quatuor sacramentis predictis. Nam sacramento ordinis coap-
tatur prudentia, quod illi qui debent ordinari ad aliquos ordines tenentur esse
prudentes. Et sacramento matrimonii coaptatur temperantia, quod ut dicitur
apostolus, cuiuslibet licet accipere propriam uxorem propter fornicationem evitandam.
Et sacramento extreme unctionis coaptatur fortitudo, quod per sacramentum un-
ctionis infirmi fortificantur et roborantur. Sed sacramento penitentiae coaptatur
iustitia, quod iustum est, ut quicumque peccata commiserit quod ille debite peniteat.
¶ Item advertendum est, quod inter septem sacramenta quinque sunt necessa-
ria et generalia, duo tamen voluntaria et particularia. Primum sacramentum est
necessarium et generale est baptismus, per quod tanquam per portam unitatem ecclesie
intramus, et ideo baptismus dicitur sacramentum intratum. Secun-
dum est confirmatio, que fit per impositionem manus in qua datur gratia
ad resistendum hosti, scilicet dyabolo, quare illud sacramentum dicitur pugnans